

lia corporis mei. At hoc non minus Pontificii et
Sacerdotii negant, quam nos etiam. Sed non igitur
potius iremus in illam Augustini sententiam, quae ex
sententia Prosperi citatur in Deer. de consecr. d. 2.
coelestis panis, qui caro Christi vocatur suo modo vo-
catur corpus Christi, cum severa sit sacramentum
corporis Christi: vocaturque ipsa immolatio carnis, quae
sacerdotis manibus sit Christi passio, mors, crucifixio
non rei veritate. / hoc est, neq. metus, neq. veritas
aliqua / sed significante mysterio. Et in illam ejusdem
Augustini ad Adimant cap. 12. Non dubitavit Dominus
dicere, Hoc est corpus meum, cum daret signum sui cor-
poris. Et in illud Chrysostomi in 1. cor. X. Rom. 24.
Quid significat panis? corpus Christi. Sed non erit
apud te pluribus opus, quem scio non pendere velle
a vulgo Theologorum, sed veritatem amare et con-
sensum pio antiquitatis magnificare. Sit quod fir-
mamentum stabilitatis, constantiorq. epy, quam in ami-
citiâ nostrâ quæro, fides, et in fide. Omnia. Val-
fabrici optime et amicorum meorum antiquissimi.
Dominus Jesus te cum familia servet. Heidelbergae.
a. d. 14. Junij 1590.

Qui quondam tuus et plus quam tuus esse solebat.
Hæc tibi, nam tuus est, et vult tuus esse. Parens.

155/

D. Georgio Gabelio Genero

D. Hieronijmi Zanchii

Salutem!

Restituo tibi, doctissimo Gabeli, epistolas a quodam
de justificatione, tibiq. gratias ago. optarim has
controversias sepultas esse: cum satis alioquin
turbatum sit in Ecclesia: nec quod sciam, ex tempore
quo

quo scriptae sunt Epistolae, Heidelbergae quicquam de de. 1590.
 movendo hoc argumento cogitavit prius, quam à D.
 Tossano in disputationem publicè adduceretur. Et iudi-
 cium meum requiris, Adaptata est, ex non rectè per-
 ceptis mutuae sententiis, quam debemus terminis
 illis Activa et passiva iustitia inaspicere in scis-
 las theologicas invecitis: quasi nimirum Activa
 sit totius antegressa vita: passiva tantum tridus na-
 passionis et mortis obedientia: quod nihil est fal-
 sius. Quid enim universa Christi vita fuit, nisi
 continua passio et mors pro peccatis nostris?
 et in ea non modo perpassiones, sed et actiones
 fuerunt innumerae, miserie, contentus et dolo-
 ris plene: ut quod Filius Dei se circumcisi on i-
 eruerit et iugo totius legis subiecit: quod fugit
 in Aegyptum, recessit in hunc, submisit se imperio
 parentum et magistratus, saepe ambulavit ad las-
 tudinem, equitavit super asinam, denique passioni et
 morti obtulit, voluntarie se tradidit. Haec verò
 omnes tam actiones quam perpassiones Christi pro
 nobis nostrae sunt, et nostra iustitia coram
 Deo, qui in his meritum iustitiae et vitae aeternae
 consistit. Ceterum cum hoc meritò formalis per-
 sona Mediatoris perfectio, quae tum ut Deus, tum
 ut homo in se perfecte iustus fuit, ut nimirum
 pro nobis, non pro ipso meritum valeret, non
 debet confundi. Tota enim Christi vita dupliciter
 spectatur, tum quatenus perfecta conformitas erat
 cum legis praeceptis, et eatenus ad Mediatoris perfe-
 ctionem spectabat: tum quatenus erat servitus, eademque

humilis, pauper, contempta, afflictu, et dolore rump-
na nostra causa fuit, tum ex ordine iustitiae Dei
felicissima, planèq; ut nos esse deberet: et ea bene
tota nostra est satisfactio, iustitia et vita per
fidem. His observatis, quae haud dubie S. Scri-
ptura sunt consentanea, nulla res erat contra,
versu, et prae optimae meae quidem sententiae, est consti-
tuta. Venerandum D. D. Ratchium, socerum tuum.
Praeceptorem et amicum meum colendum, non du-
bita sua etiam sic intelligi velle. Rogo excuses me
ei, quod nuper eum non compellam, ut volueram.
Nam mihi abs te digressus, obrectura difficultate,
sequente biduo redire in urbem non licuit. Meis ergo
verbis cum nunc plurimum salutes velim. Heidel-
berga die 19 Octobr. 1590.

158)

Ad oratorem Romanum pro
Archiepiscopo Trevirensi
in negotio Abbacie
Prümensis.

Rudolphus, p. Nobilis, fidelis, dilecte. A venera-
bile Johanne Archiepiscopo Trevirensi S. imp. p.
per Galliam et Regnum Arrelatense, Archiepiscopo
Principe Doctore ac Recepto nostro Charissime gra-
ves querela, quae nobis haud iniusta visa fuerunt diver-
sis ad Nos temporibus illatae sunt, de Ser. mi. Regis et
sanitarum Catholici Principis, sororis ac fratris no-
stri Charissimi in Provinciis Belgicis Ministris,
quod controversiam ipsius Dilecti de Abbacia Prümensis,
si moveant. Quae quidem Abbacia 14. ab hinc a mis-
sione Pontificis Max. Gregorio 13. Diacosi et Ecclesiae
Trevirensi acedente assensu et Approbatione Augustae
memoriae parentis nostri colendissimi, ac Principis
pium Electorem, omnium denique imperij ordinum